

sollempni scripturarum testimonio ad posteritatis noticiam tR-
 ducantur. Ne igitur decisum coram nobis et nostra industria
 mediante terminatum negotium. recidiua⁵⁾ lite resuscitetur in
 posteRum. pResenti scripto declaramus uniuersis tam futuri quam
 presentis eui fidelibus. quod cum inter abbatem et conuentum
 de cella Sancte MaRie cisterciensis ordinis Misnensis diocesis⁶⁾
 ex parte una et HeinRicm, VI Ricum. Ottonem. PetRvm. mili-
 tes de Nosciis ex altera. super nemore quod proxime adiacet
 iam dicto monasterio. quod etiam limitibus infra subnotatis
 distinguitur cum suis pertinentiis. villis scilicet Vogilsberg.⁷⁾ et
 minori Vogilsberg. et sciRmena.⁸⁾ et omnibus que in eiusdem
 nemoris terminis concluduntur. questio uerteretur. que et olim
 a patRibus eorum PetRo et Johanne mota fuerat. sed per aR-
 bitrium terminata. et eo usque fuisset in causa processum. ut
 iam dicti milites pro eo quod eadem bona uiolenter inuaserant
 tam excommunicationis a iudicibus a sede apostolica delegatis.
 quam proscriptionis ab illustri domino HeinRico Romanorum
 rege fuissent sententiis innodatj.⁹⁾ nos pro amputando periculo¹⁰⁾
 quod huius litis occasione utrique parRti poterat imminere ad
 bonum pacis et concordie partes studiosius exhortantes negotium
 eo usque promouimus. quod utrobique¹¹⁾ nostro se arbitrio sub-
 miserit. uenerabilibus uiris Ludegero abbate. et Gozwino priore.
 pro se et sua eeclesia promittentibus data fide. militibus uero
 prefatis. pro se suisque complicibus¹²⁾ prestito corporaliter iu-
 ramento firmantibus. quod quicquid arbitrando statueremus. fide-
 liter obseruarent. Habito igitur super hoc diligenti tRactatu.
 aRbitRatj fuimus in hunc modvm. vt milites antedictj. juri suo
 si qd habebant in bonis de quibus questio vertebatur. et omnj
 actionj seu petitionj si qua eis uel de jure uel de facto com-
 petebat. uel competere uidebatur. jtem omnibus instRumentis¹³⁾
 tam publicis quam priuatis. a quocunq; et cuiuscunq; nomine
 exinde confectis. siue nomine dominj GeRungi¹⁴⁾ quondam Mis-
 nensis episcopi super recognitione facta ipsis. siue nomine do-
 mini BRunonis¹⁵⁾ tunc Misnensis Episcopi super prestanda eorun-
 dem bonorum warandia. siue alterius cuiuscunq; forme uel
 tenoris ab eorum altero. uel alia quacunq; persona emissis

⁵⁾ Immer von Neuem erhobener Streit. — ⁶⁾ Sehr gewöhnliche Form
 statt diocesis. — ⁷⁾ Jetzt Voigtsberg, im Munde des Volks „Buhzbrich.“
 — ⁸⁾ Groß-Schirma bei Freiberg. — ⁹⁾ Unter der mittelalterlichen Bedeu-
 tung von „bestriken“, woraus hervorzugehen scheint, daß sie vom Kaiser
 wirklich geächtet worden sind, oder vielleicht gar, so zu sagen, fest gefah-
 ren wurden. — ¹⁰⁾ Ganz Deutschelein: „Die Gefahr abschneiden.“ —
¹¹⁾ Und an welchem Orte es auch immerhin sei. — ¹²⁾ Entspricht dem
 altdeutschen Ausdrucke „Spießgesellen.“ — ¹³⁾ Schriftliche Beweismittel,
 Urkunden zc. — ¹⁴⁾ Starb 1154. — ¹⁵⁾ Starb 1170 im Kloster Lau-
 terberg. —